

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 16: De penis inferni (1)

In inferno enim est carentia omnis boni et habundantia omnis mali.

Unde versus:

Flamma, frigus, fetor, vermes, tenebreque, flagella,  
demonum aspectus, scelerum confusio, nexus.  
Inde stupor, fletus, horror, depressio, luctus,  
stridor, clamor, nulla spes est, semper ac ululatus.  
Est locus indignis ubi non extinguitur ignis.  
Nec qui torquet, nec qui torquetur, morietur.  
Ordo nullus, fumus ibi, perpetua pena,  
fames, gemitus, sitis est et potus amarus,  
anxietas maior dolor est amissio regni.

Et homo propter peccata et miseriam suam perdit tot et tanta bona et acquirit infernum:  
ubi dolor est et tristitia sempiterna, societas daemonum, serpentium et draconum,  
ubi infinita miseria et vita sine vita, tenebrae palpabiles et Luciferi praesentia,  
ubi turbatio et ira, sempiternus ignis et glacies, vermes et rabies, fames et sitis,  
ubi mors sine morte, gemitus, lacrymae, stridor dentium et aeternitas tormentorum;  
ubi omne malum et carentia omnis boni!

*Actus Beati Francisci et sociorum eius*, 60.13-14 (P. Sabatier ed., Paris, 1902, p.181).

Anima, gelu, vermes, foetor, tubaeque flagella. /  
Daemonis aspectus, scelerum confusio, nexus, /  
Inde stupor, fletus, horror, depressio, luctus, /  
Stridor, clamor, nulla salutis spes, ululatus, /  
Est locus indignis ubi non extinguitur ignis, /  
Nec qui torquetur, nec qui torquet morietur. /  
Ordo nullus, fumus ibi, perpetua poena, /  
Atque fames, gemitus, sitis est et potus amarus, /  
Anxietas, major dolor est amissio regni.

S.E. Fretté (ed.), *Opera omnia Thomae Aquinatis*, vol.27: Opuscula 1 (Paris, 1875),  
p.229. [This poem is appended to Aquinas' *Expositio de credo* (a.k.a. *Expositio in symbolum apostolorum*) in Cambridge, Corpus Christi College MS 35, fol. 292r & Paris,  
Bibl. Ste.-Geneviève, MS 238, fol. 193r.]